



Universitätsbibliothek Paderborn

**Nuclevs Casuum Conscientiæ Sive Brevis Notitia Eorum
quæ scitu vel necessaria, vel valde utilia sunt
Confessarijs in primo ingressu ad audiendas Confessiones**

Agostini, Giuseppe

Coloniae Agripp., 1644

De Iubileis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41767

& Alij paulo post citandi ex occasione
Iubilei.

DE IUBILEIS.

I Post Bullam subdi potest aliquid
de Iubileo, quod est veluti quæ-
dam Bulla quindecim fere dierum. So-
lent enim Summi Pontifices, propter
publicas necessitates, ad excitandam fi-
delium deuotionem, concedere indul-
gentiam plenissimam, qualis concedi
solet anno Iubilei, sub quibusdam cōdi-
tionibus, quæ solēt esse, Ieiunium, ele-
mosyna, Ecclesiarum visitatio cum ora-
tione, Confessio, & Communio: & con-
ceduntur familia ferè priuilegia, vt in
Bulla, nempe absolutio à reseruatis per
quemcumque Confessarium approba-
tum ab Ordinario loci, commutatio
item votorum. Qua in re primò, & ma-
xime aduertenda sunt verba, & clausulæ,
quæ ponuntur in Breui Apostolico, &
iuxta hæc soluuntur difficultates, & di-
riguntur pœnitentes, & multa sunt pror-

E sus

sus communia cum ijs , quæ dicta sunt
de Bulla.

2 Probabile est per Iubileū posse Cœfessariū absoluere ab hæresi in foro conscientiæ , quando vniuersaliter omnes casus , etiam contenti in Bulla Cœn Domini , conceduntur; quamuis enim regulariter in concessionibus generalibus non includatur hæresis; ramen, cùm Iubileum sit privilegium extraordinarium, procedens à summa benignitate, & liberalitate Pontificum, ob vniuersales necessitates Ecclesiæ; probabile est Pótifice's velle etiam hoc peccatum includere , nisi expressè excludant; sicuti iustis de causis interdum expressè excludunt. Ita *Filliuccius* tom. I. tract. 8. cap. 20. num. 265. *Fagundez* de præceptis Ecclesiæ, præcep. 2. lib. 8. c. 8. num. 38. & Alij apud *Dianam* par. I. tract. 5. resol. I.

3 Qui peccat in confidentiam Iubilei peccato reseruato, si pœnitentia, & legitimè confiteatur; poterit absolui, nisi in Iubileō exprimatur, quod peccata reseruata, facta in confidentiam Iubilei, non possunt absolui. *Filliuccium* loco cit. num. 262. Vbi aduerte, quod aliud

aliud est peccare, posita notitia Iubilei,
seu post eius noticiam , aliud in confi-
dentiam ipsius; nisi enim notitia influat
aliquo modo in peccatum , & sit eius
caussa; non transit in confidentiam. Item
qui post confessionem iterum peccat
peccato reseruato ; poterit iterum ab-
solvi , si non expirauerit tempus Iubi-
lei pro ipso. *Filliuccius loc. cit. num. 278.*
Sanchez in Sum. tom. 1. lib. 4. cap. 54. num.
28. qui num. 30. securus Suarium, docet
eum , qui prima hebdomada sumpsit
Iubileum, non posse sumere in secunda,
nec secundò frui priuilegijs Iubilei; li-
cet alij probabiliter contrarium do-
ceant. *Idem habet Filliuccius loc. cit. num.*
278. quæ res valde dependet à tenore
verborum Iubilei.

4 Non solum peccata reseruata ob-
lita possunt post elapsum tempus Iubi-
lei absolvi à quolibet Confessario, quia
sublata est reseruatio, sed etiam Aliqui
probabile putant posse commutari vota
tempore Iubilei non commutata, saltē,
quæ ex obliuione fuere relictæ. *Ita San-*
chez ibid. n. 31. usque ad 41. licet plures
contrarium docceant.

E 2 551

Si quis absoluatur à reseruatis, habens intentionem lucrandi Iubileum, postea verò non perficiat alia opera, nec lucretur Indulgentiam; non propterea redeunt peccata remissa, sed verè manet ab illis absolutus, sine obligatione repetendi confessionem pro reseruatis.
*Sanchez ibid. n. 42. &c. c & quamuis Aliqui putent, peccare in eo casu pœnitentem, si absque causa non perficiat alia opera Iubilei, ut *Suar cit. ibi à Sanchez num. 54.* ipse tamen putat non peccare, si processerit bona fide initio, neque postea ad sit contemptus. Ita etiam *Bonacina tom. I. de Sacramentis disp. 5. quæst. 7. §. 5. num. 26.* &c. Plura de Iubileis, præter Auctores cit. *habet Sanctarellus tract de Iubileis, Petrus Prost. in Spicilegio Theologico, & Alij apud ipsos.**

DE INDVLGENTIIS.

Non incongruè etiam adnectitur huic materiæ de Pœnitentia, tractatus de Indulgentijs: nam hæc etiam pertinent ad remissionem peccatorum